Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



292

fiem petentem eos. Di
misit autem illis eum qui
pter homicidium et se
ditionem missus fuerat
in carcerem quem pete
bant: iesum vero tradidit
voluntati eorum. Et cum
ducerent eum apprehende
runt simonem quendam
cyrenensem venientem
de villa: et imposuerunt
illi crucem portare post
iesum. Sequebatur autem
illum multa turba populi et
mulierum que plangebant
et lamentabantur eum.
Conversus autem ad il
las iesus dixit. Filie
hierusalem nolite flere super
me: sed super vosipsas
flete et super filios vestros
: quia ecce venient dies
in quibus dicent. Beate
sterriles et ventres qui
non genuerunt: et vbera
que non lactaverunt. Tunc
incipient dicere montibus
cadite super nos: et col
libus operite nos. Quia
si in viridi ligno hec fa
ciunt: in arido quid fiet.
Ducebantur autem et alii
duo nequam cum eo ut in
terficerentur. Et postquam
venerunt in locum qui
vocatur calvarie ibi
crucifixerunt eum. Et la
trones unum a dextris et
alterum a sinistris. Iesus
autem dicebat. Pater di
mitte illis: non enim
sciunt quid faciunt. Di
videntes vero vestimen
ta eius miserunt sortes.